

*Elapsus ille supplex brassicam adorabat
Septifoliam, aut eam succosam Pandoræ
Sacrificabat Thargeliis, ante aquam pharmacum biberet.*

Quin & per eandem sacramenta concepta & prælitita fuisset,
non uno, si seria sunt, quæ recenset, probat exemplo πολυμαθέσα-
τος, Casauboni eulogio, Athenæus Deipnosoph. lib. 9. p. 370. lit. B.
ubi Ananius per brassicam jurat amico, eum se maximè diligere.
Verba ejus hæc sunt: Σε πολλῶν ἀνθρώπων ἐγώ Φιλέω μάλιστα, ναὶ
μάτην κράμβην. Mox prodit Teleclides in Prætoribus, qui ναὶ μά-
τας κράμβας: porrò Epicharmus, qui τν γαῖην θαλάσσαν, ναὶ μά-
ταν κράμβαν, in terra & mari per brassicam hoc assevero: & tan-
dem Eupolis in Baptis, qui ναὶ μάτην κράμβην, dixit. Sed si loqui
brassica potuisset, procul dubio se Dei esse clamasset, non Deum,
& indignata fuisset, eum sibi tribui honorem, qui sui esset fatoris,
feminoris, educatoris, altoris. Nos merito miramur multipli-
ces variasque vires, quas uni herbae indidit optimus Deus, nō col-
imus: magnifacimus, non adoramus. Ut enim hoc blasphemum
est & impium, sic admiratione dignum, multas dari in unâ herba
vires, plures existere in uno horto herbas, nec pauciores in uno
mundo hortos esse. Laudari vel eo nomine in primis horti acade-
mici merentur: quæ enim alibi non nisi sparsim, ibi unâ reperies.
In illoru verò numero est Jenensis noster anno 1632. erexit: Messa-
nensis an. 1628 extructus: Lipsiensis mandatu Electoris Augusti an-
no 1580 erexit: Patavinus anno 1540 extructus: Pisanus in æmula-
tionem illius anno 1547 erexit: Lugdunensis ex Batavis, & Monspe-
liensis: qui tamen omnes, ut habet *Vir omni encomio major, Dominus*
Guernerus Rofincius, cui præter summā venerationem & obsequia, ani-
mam quoque debemus, aur. præfat. ad Lib. de purgant. Vegetab. fasces
submittunt horto Parisensi, qui sub auspiciis Henrici IV. Gallie
Regis in urbe extructus erat, sed quod pomœria excederet hortus,
arbitratus Ludovici XIII. Regis Christianissimi, consultore judicio-
fissimo Amando Richelieu, ex urbe in suburbium migrabat, plus
quam bis mille plantarum proventu celebris.

§. X X.

Atque ita usum quoque medicum, ut nostrum quidem institu-
tum ferebat, absolvimus: restat nunc aliis, qui si nō superat, æquare:
tamen